



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

XXXII. De Conversione Conjugatorum. D. 21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

TITULUS XXXII. & XXXIII.

De Conversione Conjugatorum;
Et de
Conversione Infidelium.

I. I. Circa CONVERSIONEM CONJUGATORUM ad Religionem vel sacros Ordines statuitur *h. t. c. i.* „Si uxoratus „consummato matrimonio de licentia „uxoris in Monasterio professionem fecit, „nisi uxor ad Religionem transierit, aut „castitatem perpetuò servare promiserit, „vir debet & potest ab Episcopo de Mo- „nasterio ad thorum uxoris revocari.
C. 2. „Verum post consensum legitimum „de præfenti, licitum est alteri, altero re- „pugnante, eligere Monasterium, dum- „modò inter eos carnalis commixtio non „intervenerit; & alteri remanenti licitum „est, ut ad secunda vota possit transire, „quia cum non sint una caro simul effecti, „satis potest unus ad DEUM transire, „& alter in sæculo remanere. Vide *Nock Theol. Exam. 28. n. 4.*

2. C. 3. „Invitâ uxore professus & co- „actus ad eam redire, illâ mortuâ, ratione „voti, quod non tenuit, non tenetur ad „Monasterium redire; non verò potest „uxorem accipere, promisit enim, se non